

www.e-rara.ch

[Concordantiae bibliorum]

Conradus

[Basel], [1496]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-19588>

Eruditissimo magistro Ioanni Geyler ex Keisersperg sacrae paginae doctori: divinarum humanarumque rerum interpreti: atque insignis ecclesiae Argentinensis concionatori praestantissimo: domino ac ...

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Eruditissimo Magistro Ioanni Geyler ex Keisersperg Sacrae paginae doctori: diuina/
rum humanarūq; rerum interpreti: atq; insignis ecclesiae argentiū. concionatori praestā/
tissimo: dño ac praeceptori sibi maximo pe obleruando: Sebastianus Brant Salutem.

- Plato.** Platonē Soloniden (siue illū solum philosophū/ut quidā: siue totius philosophiae longe principē/ut mul/
ti: certe humani generis delitias iure appellauero) cū inq; de Academia cupidinis cygnū: qui nō solū heroum
uirtutibus praestitit: uerum etiam diuum potestates adaequauit. In eo cui phædro cognomentum est libello/
scriptum reliquisse comperio celeberrime magister: nihil ueræ uirtuti & sapientiae tam cōtrariū q̃ uoluptatem
ignauam existere: uoluptatem autem appellat: suauem in sensibus motionem: quæ a sensibili indigentia re/
pletionē pficiat. Eo q̃ indigentia & repletio repugnant: ex illa quidem cupiditas & dolor: ex hac uero uo/
luptas scaturit. Inest em̃ sensibus uoluptas: gaudiū uero & laticia mētis. Et qm̃ gaudiū/ex boni cōtēplatione
aut aliquo uirtutū usu p̃cipit: iure suo ob id laudē meret. Laticia uero uocat/mētis elationē in boni alicuius
possessioe: quæ modestiā pariter & excedere & seruare pōt. Solū itaq; gaudiū mētis alimoniam appellat. Qua
p̃pter (ut idē dicere solet Plato) agro similis ē uirtus: frugibus/uirtutis cōtēplatio: alimoniam quæ ex his duo
bus capiet gaudiū. Redētib; itaq; animis in cælū: duo sunt prēmia: cōtēplatio scilicet quā ambrosiā noiat:
& gaudiū quod nectār dicit. Vnde ait: aurigam id est rōnem/equos id est sensus: ad praesepe sistere/hoc ē in
cōtēplationē ducere: atq; illis ambrosiā nectare sparsam obijcere. Ex quibus lucide apparet: uoluptatē i bo/
nis nō esse numerandā: quia bonos illā possidētes nō facit. Inest em̃ & bestiis & stultis: & ob id magis impro
bis q̃ probis accidit: cū quod bonū est cōtra soleat. Cōmiscet item uoluptas cū malo: accidit em̃ eodē tēpo/
Horati. re eūdem dolore affici & uoluptate: ut cū sitiens bibit. Vnde praeclare Flaccus ait: Nocet empta dolore uolup/
Plato. tas. Et praeterea uoluptates/multas impediūt uirtutes. Afferūt em̃ (ut ad Dionisiū idē Plato scribit) hoī de/
Homer. trimētū/inscitiā/inquietudinē/ac petulantē stulticiā. Hinc nobilissimus apud græcos uates Homerus (qui
quid sit pulchrū quid turpe/quid utile/quid nō: planius ac melius chrysippo & Crantore dicit) cum in sua
Iliade: varia hūana expressisset uicia/auoluptate emergētia: Tandē in odyssaea utile p̃posuit nobis exemplar
Vlyssē: uirū sapientē/& qui mores hoīm multos uidit et vrbes: quæ a Troia: id est uoluptate: p̃ uarios erro/
Horati. res i patriā: id est ad orig. nē animi sui rediisse: aspera q̃ multa p̃tulisse: Sirenū uoces/& Circes pocula scribēs:
Quæ si cū socijs stultus cupidusq; bibisset sub dñā meretrice (hoc est uoluptate impante) fuisset turpis & ex
cors. Vixisset canis imūdus: uel amica luto sus. Prudenter itaq; maronius ille Aeneas suos solando comites:
Virgili. O socij (inqt) neq; em̃ ignari sumus añ malorū: Per uarios casus/p̃ tot discrimina rerū. Tēdimus in latū (hoc
est optatā patriā) sedes ubi fata q̃etas ostendūt: Quasi diceret nefas esse extra uerā patriā quarere uoluptatē
Seneca. (q̃ppe cuius finis mors est: ut Anneus iquit) sed in regno dūtaxat beato: uerū gaudiū & mētis trāquillitatē
expectādā fore. Quo magis miror praestātissime praeceptor: cūctos pene tēpestate nostra mortales usq; adeo
Junenal. tā foede tanq; passim in ipsam spurcidiā uoluptatē Sybariticorū ludos ruere: q̃s nō pudet ad morē discinētū
Horati. uiuere Nactæ: q̃bus pulchrū uidet in medios dormire dies: & ad strepitū cytharæ cessantū (hoc ē ignauorū)
Virgili. ducere curam. Intin: ut diuino afflatus spū Maro noster dixisse mihi uideat: Superasq; euadere ad auras. Hic
opus hoc labor est: pauci q̃s æquū amauit Iuppis: atq; ardēs euexit ad æthera ytus. Pauci in quā & uix nūero
Junenal. quot Thebæ portæ. Sed quorsū hæc iucūdislime magister: nisi ut intelligas me una cū Democrito p̃petuo
risu pulmonē agitare solere: cū uideā curas: nec nō & gaudia uulgi. Id quod & aliqñ te concionātē plariūq;
detestari audiui: magnū qdē hoīm esse numerū: paucos p̃o hoīes: hoc est rōne uiuētēs: q̃ sola parte a bestiis
Horati. distamus. Quod & Horatius testatur: Nos nūerus (inqt) sumus: & fruges consumere nati. Spōsi penolo/
pes: nebulones alcinoi. Somno em̃ luxuq; & inertia p̃dite defluimus: adeo ut nisi Socraticis praeceptis bo/
nisq; institutis (qualia tu declamare soles) ad bene beateq; uiuēdū impellamur: actū sit & de nobis & salu/
Horati. te nostra: perimus: cogemurq; mox tristes sine luce domos: & opaca subire Tartara. Et ni possem⁹ citi⁹ librū
cū lumine: si nō intendemus animū studijs & rebus honestis: Et uicijs: & amore mali torquebimur: inquit
3. Esdr. 9. Flaccus. Poscamus in quā librū diuinæ legis: sup cuius corruptiōe sanctissimus ille Esdras scriba: cū uniuer
4. Esdr. 8. sa multitudine fleuisse legitur. Librū in quā cum lumine: hoc est explanatiōe & quadrati cōcordātia: quæ nō
oībus demonstrata est (ut ille ait) sed tibi: & tibi similibus paucis. Lumine in quā sapiētia & intellectus: de quo
Ps. 35. scriptū est: Et in lumine tuo uidebimus lumē. Id quod aiaduertēs uiri praestantes Ioannes petri de Langen
dorff: una cū Ioanne frobē de Hāmelburg impressoriae artis primarij opifices: librū scilicet cōcordātiarū le/
2. Para
lip. 34. gis diuinæ corruptū fuisse & absq; decēti lumine: tanq; alter Helchias reptū in domū dñi inferre conati: emē
dationi elimationiq; cōdignæ operā nauantes: quæcūq; antea ab impressoribus corrupta: trāspōsita: varia/
ta & minus integra fuere: in luculentā erexere cōsonātiā: libroꝝ quotās: capitūq; numeꝝ: ac litterarū trāspo/
sitionē in antiquis exemplaribus cōpertā deprauatāq; ad amūssimū reformatū restaurarūtq;. Textum etiā
bibliæ integrūq; constructum: ad plena usq; comata/haud facile alibi æque cōperies. Sunt etem̃ hic singula
verba in originalibus ipsis magno cū labore & impensa denuo reuisa & iustificata. Adde praeterea circa secū/
dum Esdræ librū cōdignā immutationē in hoc nostro opere factā: quippe qui sub Neemia uocabulo: suum
iure postliminiꝝ recupauit quotam. Tu igitur mi Suauissime praeceptor: hoc nostro cōi opere plurimū oble/
ctatus diu ualeas: foeliciq; æuo fruaris orō. Ex Basilea Idibus Iulij Anno M. cccc. xcvi.